



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

Lectio secunda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

festum palmarum vel in hebdomada paschali anticipat in vigiliam palmarum in choro et foro modo quo se celebrandum.

Ambrosij quarta die aprilis festiue sicut de confesso. Col.

Deus qui populo tuo eterne salutis beatum ambrosium ministrum concessisti: presta quoniam: ut quem doctorem vite habuimus in terris: intercessorem semper habeamus in celis. Per. **Lectio.**

**A**mbrosius filius Ambrosij presbyteri rhome cum in cubulis in atrio presbyterij esset positus et dormiret: exanimem apum subito adueniens faciem eius et os ita compleuit ut quasi in alueolum suum intrarent pariter et exiret. que postea euolantes in tanta aeris altitudine subleuatae sunt ut humanis oculis minime viderentur. Quo pacto presbyter ait Si visserit adolescens ille aliquid magni erit. **Lectio secunda.**

Rome igitur cum adoleuisset litteris eruditus causas presbyterij splendide perorauit. Unde a valentino imperatore ad regendam liguriam emiliamque prouincias directus est. Cum mediolanum venisset et causa seditionis inter arrianos et catholicos super eligendo episcopo exortam ad ecclesiam perrexit: statim vox infantis insonuit dicens ambrosium episcopum.

Tui vocati omnes conseruerunt. Tu autem. **Lectio.**

Quo ille cognito turbatus ecclesiam exiens tribunal consensit: et contra consuetudinem suam tormenta adhiberi iussit. publicasque mulieres ad se publice ingredi fecit: ut his visis ab eius electione populum reuocaret. Sed cum nec sic proficeret populo semper clamante peccatum tuum super nos post primam et secundam fugas inuentus baptisatur. et die octaua in episcopalem cathedram sublimatur. Tu autem domine. **Lectio quarta.**

Quidam hereticus arrianus discipulato durus et inconuertibilis ad fidem cum audiret ambrosium predicantem vidit ad aures eius angelum loquentem perba que populo predicabat. quod viso fidem quam persequebatur cepit defendere. Tu autem. **Lectio v.**

Fuit autem tante abstinentie: quod quotidie nisi in sabbato et die dominico et festis precipuis ieiunabat. Tante etiam largitatis fuit quod omnia que haberet poterat ecclesijs et pauperibus nihil sibi retinens tribuebat. Tante compassionis fuit quod suis avaris maris sterilibus peccata sibi confitentes flere compellebat. Tu.

Grate humilitatis **Lectio sexta.** fuit ac laboris: ut libros quos dictabat propria manu scriberet nisi cum infirmitate corporis